



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

De loco, vbi feretra, & cætera id generis asseruantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

Ibid. & ostijs
cemeteryj.

tuorum ossa, aliquando effossa, ordine struantur.

13 Cæmeterij porrò tria ostia à fronte esse possunt; nisi situs ratio eiusmodi est, ut à latere etiam illa fieri necessario postulet. Si verò cæmeterium Ecclesie ab aliqua parte continens est, ab ea parte ianuam item habeat, qua ad Ecclesiam aditus sit, cum vel diuinorum officiorum promortuis, vel processionum causa usu venerit.

14 Ab ostij autem maioris, à fronte exstructi, summa parte, que extrinsecus est, sacrosanctæ Crucis imago exprimat; in extremo Crucis affixa imagine capitis, aut cranij hominis mortui.

15 Quæ ostia, à quacumque parte sint, firmis valuis, pæssulis, & clauemunita, & clausa, ne pateant; nisi cum usu venerit.

16 Nullæ vites, arbores, arbusta, stirpes cuiusuis generis, non modo frugiferæ; sed quæ etiam nullum omnino fructum, baccasue gignant, in ijs esse, aut censeri debent.

Imò verò, ne scænum quidem, herba virescens, quæ pabulo detur, sit. Absit strues lignorum, ac tignorū; tum omnis aceruus cæmentorum, lapidumue; omnis denique res, loci sanctitati, religioni, & decoro repugnans.

4. De ornatu
&c. sacro locorum.

Ex cæmeterijs porrò vites, arbores frugiferæ, & aliæ etiam infrugiferæ cuiusuis generis, aut arbusta, stirpesue omnino conuellantur, atque excidantur.

Neuè in posterum in his sacris locis quicquam conferatur, nec verò feratur.

Nè scænum ex his succidatur, neuè herba item virescens, quæ bestijs pabulo sit, vel detur. Neuè in earum fines res vlla abijciatur, cuius grauis, teterue odor sit, aut aliud quicquam sacris ijs locis inhonestè fiat.

Stabula etiam armentorum, & cuiusuis generis animalium indeprocul sint.

In ijsdem nè lignorum strues fiat; nè tigna congerantur; nè cæmentorum, lapidumue aceruus sit; nec denique quicquam loci illius decori, nitoriuè, ac religioni, sanctitatiue repugnans.

De loco vbi feretra, & cætera id generis asseruentur.

S V M M A R I V M.

- 1 Feretris, & alijs eiusmodi instrumentis custodiendis, qui locus, & vbi constituendus.
- 2 Utque muniendus.

Locus



Ocus præterea alius Sacristie, aut cœmeterio sal-
tem propior, in omni Ecclesia Parochiali, & Col-
legiata aptè exstruatur: in quo feretra, candela-
bra ferrea grandiora, cœnotaphia, Vasa olearia,
pertica, scala, scopæ, ligones, batilla, sustentacula
crucum, instrumenta ad abstergendi vsus accom-
modata; cæteraque id generis reponantur: vt Ec-
clesia ipsa, & Sacristia, tum ab omni re indecenti; tum ab omni impedi-
mento planè libera, vacuaque sit.

Inst. fab. Eccl.
lib. 1. De lo-
co ubi feret.
&c. id gene-
ris afferuen-
tur. cap. 28.

2 Isque locus, ostium habeat, valuis, pefulo, seraque benè septum.

**De ornatu, decore, ac nitore sacro-
rum locorum.**

S Y M M A R I V M

- 1 Animalia, quæ in Ecclesijs non appendenda.
- 2 Mensæ Altarium consecrata, vt tegenda.
- 3 Altaria, foribus patentibus, quibus paramētis instructa sint.
- 4 Sepulchrum, in quo Corpus Christi feria v. in Cæna Domini recondi-
tur, quo modo exornandum.
- 5 Sanctorum imagines quibus vestibus non induenda.
- 6 Sacris locis munditia adhibenda.
- 7 Capsulæ elemosynariæ in Ecclesijs non retinendæ sine facultate. De
capsulis elemosynarum, nu. 2.
- 8 Bradellæ muliebres auferendæ: quæque tantum permittendæ: Et à
quibus illæ conficiendæ. De scilibus muliebribus, nu. 1.
- 9 Quarum rerum nitore à Rectore consulendum.
- 10 Parietes vrina, & alijs sordibus non inquinandi.
- 11 Quæ ab eisdem parietibus remouenda.
- 12 Quæ item à cœmeterijs tollenda. De cœmeterijs, nu. 16.
- 13 Ianuæ, Cathedralium } Ecclesiarum in quibus solemnitati-
Parietesq; } Collegiatarum } bus ornandi sordibus, aut alijs, ima-
interiores } Parochialium } ginibus.
- 14 Ecclesia Metropolitana, sanctorum Patronorum vniuersiusque ci-
uitatis Prouinciæ imaginibus exornanda. De Imaginibus, &c.
nume. 23.